



Votum.

Ipsa tamen quoniam sic fata sequenda tulerunt,
Ut nostra nequeas urbe manere magis.
Ille Deus, Nato qui credula pectora saluat,
Virtuti tribuat tempora longa tuæ.
Augeat inq; suum Natum tibi spemq; fidemq;
Ipsius ut fructus insita planta feras.
Sit cura Pietas, et eris tu cura Tonantis,
Sic rebus uenient omnia leta tuis.
Sic orbi fueris charus, charusq; Tonanti,
Turbabitq; tuam nulla querela domum.
Maxima sis foelix orbisq; Deiq; uoluptas,
Eucniant uotis cuncta secunda tuis.
Te presens laudet, te postera prædicet ætas,
Suspiciant laudes postera sæcla tuas.
Et populo uirtus tua sit uenerabilis omni,
Si quis te populus non reueretur, amet.
Detur honorati tibi pignora cernere lecti,
Sintq; tuæ foelix spesq; decusq; domus.
Se tua progenies longos extendat in annos,
Extremum neq; se finiat ante diem.
Et tua letetur pia partus uxor honore,
Et uideat natos leta uigere suos.
Hanc tibi quamprimum coniunx Tithonia mater
Memnonis à nitido prouehat axe diem.

A M E N.

Iamq;

34

30

25

Ende

Anfang